



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De disputatio[n]e Lip-||sicensi: quantum ad Boemos ||
obiter deflexa est: Epi-||stola Hieronymi || Emser**

Emser, Hieronymus

[Leipzig], [1519]

VD16 E 1116

urn:nbn:de:hbz:466:1-32584



positiones de ...
 Secundo de penitentia
 Resolucioes disputacionum de ...
 Ein Cerimon von dem ablass ...
 Verlegung ...
 Ein ...
 Salustia ...
 Responso Martini ad ...
 Resplura Siluestri
 Acta Martini Augusti
 Disputatio Etkij & ...
 Disputatio & ...
 Oratio ...
 De ratione disputandi ...
 Frasm Epta ad ...
 Resolutio ...
 Alia resolutio de ...
 Resolucioes sup ...
 Oratio ...
 Disputatio prima Etkij & ...
 ad ...
 Disputatio secunda ...
 Disputatio tertia ...
 Epistola philippi ...
 Excusatio ...
 Defensio philippi ...
 Conuenticio ...
 Epistola Imperij ...
 Ad ...
 De venatione ...

Solutiones doctorum Wittenbergensium
Johanne Cocceio, Nullo Wittenbergensi &
Alexandro Lipsico & alia quorundam
Contra malignum Jo. Eckii Auctorem
Ad Jo. Eckii Epistolam Martini super expungendam
Apostolicae Missionis litteras
Appellatio Pausa

Liber primus opusculorum Martini Lutheri

Th. 6116


ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Vgl. Harrass. in: Spz. Katalog 328.

De disputatiōe Lip-
sicensi: quantum ad Boemos
obiter deflexa est: Epi-
stola Hieronymi
Emser.

Noster hic Aegoceron sine sceno: peccat in vno:
 Q non est Lucę linea ducta manu.





REVERENDO PATRI DOMINO IOANNI

Zack. Iuriū doctori, Catholicæ Ecclesiæ Pragen̄.

Administratori, ac Lithomericeñ, Præpo-

sito, Hieronymus Emser Sacrorum

Canonum Licētiatus S.D.P.



Abitantem in te Christi spiritū, Reuerēde Pater, cū vita referat Christo digna: Tum id omniū maxime declarat: q̄ natus olim in terra Boemica (terra:inquā: sup̄stitionis ac confusiōis Babylonicæ), p̄ modico duxeris, regenerasse Christo parentes tuos carnales: teq̄ simul cū illis a patrijs vindicasse erroribus. Nisi ipsam etiā patriā, ac totū orbem illum Boemicū (velut alter quidā Hercules) domesticis repurgare mōstris, Christo q̄q̄ lucrifacere fatagares. declamando: hortando: obsecrando: ac increpando. Idq̄ paulo n̄ minore aliq̄n periculo, ac Paul⁹ olim ipse. Sed vicit demū virtus inuidiā. Atq̄ adeo quidem preualuit: vt spectato toties zelo paternitatis tuæ nō ficto: Summa tandem ecclesiasticarū rerū (quātulacuncq̄ istic est reliqua) totaq̄ administratoria illa dignitas vni tibi demā data fuerit. Vbi in mūdo hoc tuo Boemico: nimbis, tēpestatibus, & aquis istis cōtradictionis (veluti cataclysmo quodam) inundante: apertisq̄ maiorib⁹ in dies errorū cataractis, in pfundum descendente: Tu, tanq̄ alter Noa pater, cū paucis admodū iustis, Christūq̄ agnoscentib⁹: Archā illā mysticā: hoc est: ecclesiam dei sacrosanctā (quæ iuxta Catholicū & apostolicū ritū, siue fato quodā, siue patronorū & præcipue diui Vuenceslai precibus: inter tot piratas, istic adhuc fluctuat) fidei clauo intrepide gubernas. Vtinā atq̄ vtinā filia Babylonis misera: hoc est, infœlix illa tua ac errabūda Boemia: te remigante: ex tot scopulis & pcellis in tutum aliq̄n portum se recipiat. Vtinā tandem sapiat & intel- ligat, tum nouissima prouidens, ad dominū deū suū cōuer-

A ij

Matthæi.
xv.

i. Petri. ij.

tatur ac redeat. Quisnam proh deū immortalē, hic visens
est, adeo usq; tenax; quo illita, tam hæret pertinaciter; Au-
rum ne & argentū? At Christū audiant dicentē. Quid pe-
dest homini, si mūdū vniuersum lucretur; animæ vero suæ
detrimentū patiatur. Libertas ne, an pniciosa potius peccā-
di licentia? At credant saltē Petro: qui Petri diffidūt successu-
foribus. Non quasi velamen, inquit, habentes maliciæ, li-
bertatem. An vero voluptas, ac carnis desideria? At repetat
animo, quo suorū quosdā (etiā regulos) abduxerit, portē-
tosa illa, nullaq; religionis symbolo circumscripta libido.
Aut quantū sceleris, quidue monstri, breui apud eos aluerit,
cōtemptrix superū temeritas: & e recta semel deliratio,
Deum testor optimū maximū: q; nō sine lachrymis ista di-
ctitem. Quis em̄ vere Christianus & fraternæ charitatis
amator: non doleat tot fratrū iacturam? tantā animarū clae-
dem? tam inclyti regni casum & ruinā? tantā postremo di-
uinæ maiestatis contumeliā ac blasphemiam? Aut quem iam
nō pudeat, priscos illos generosos Boemorū spiritus: gen-
tem tanta olim virtute conspicuā: tot victorijs illustrē: pe-
nes quā summa quondā fuit imperij, & terrestris regni ca-
put: eo redactā esse: vt quum singulæ gentes religionem ali-
quā vnā mordicus teneant: hic in vno regno, aliū proceres
obseruet religiois cultū: alium ciues. Et in vna eademq; do-
mo aliter paterfamilias, aliter familia ipsa adoret: deniq; in
vno sepe thoro alio vir ritu, alio vxor deū colat? In vniuerso
sum aut: vt pars multo maxima, posthabito deo, & relicto
uerbo vitæ: cerdonib; mō ac crepidarijs, tū mulierculis q;
bulsdā præficus, idq; in gurgustijs subterraneis (cimmerijs
tenebris dignissimis) aures præbeat? Atq; his ducibus & au-
rigis: cōtra iuincibilē ecclesiæ veritatē, tot martyb; cædit;
tam solidis apostolorum fundamentis, supra firmissimam
Christi petrā edificatā, tanq; musca contra Elephantū, aut
aduēsus aquilam Scarabæus velitari ausit? Num idem fa-

ctitavit Vuenceffaus dux olim eorum: vir omni sanctitas
te venerabilis? Num id aufa est prisca illa Boemica virtus
ac nobilitas? An non vere quadret in eos propheticum hoc
Quomodo sola sedet Domina gentium: princeps prouin- Trenor. i.
ciarum? Sacerdotes eius gementes: quia (vt paulo infra
sequitur) dispersi sunt lapides sanctuarii eius in capite om-
nium platearū. Filij Syon inclyti: amicti auro primo: quo-
modo facti sunt in vasa testea? Sed dicent fortassis (vt sunt
ad excusandos errores suos argutuli nonnulli) Minime se-
solos esse aut sine Theseo: Quandoquidē ex nostris etiam
factionis suę assertorem habeant Doctorem Martinū Lu-
therum: vnum omnium: qui abstrusa sacrę scripturę sen-
sa (ceu diuina virgula) tum solus attingat: tum ad stomas-
chum eorum faciat. Quicq; cornicum oculos potis sit con-
figere. Quamobrem dum idem Lipsię nuper decertaret:
publica deo supplicia: quotidianaq; (licet profana) pro
eo sacra: fecisse: populariter gloriantur. O miserum Lu-
therum, si execrandis & abhominabilibus istorum piacu-
lis confisus: ac non potius iugi scripturarum meditatione
(quibus a teneris: vt aiunt: vnguiculis: indefessam naua-
uit operam) fretus: cum fortissimo Theologorū Ecchio
pugnam ineat. Imo vero nihil constantius idem a se reppu-
lit Martinus: q̄ falsam hanc quorundam de ipso suspitio-
nem. Neq; Ecchio vsq; tam restitit in faciem: q̄ vbi ioco vs-
serio (incertum est) patronum eum Boemorum sublude-
ret. Sua ipsius voce damnans: temerariam eorū a sede Apo-
stolica discessionem. Neq; se in hoc illis consentire: neq; cō-
sensurum vnq; publice prestans. Desinant igitur miseri
vexare superos: aut precib; frustra laceffere. Nō em̄ tam p̄-
sentes in vora sua diuos illi habent: vt vel tu venerande Se-
nex vel cæteri qui adhuc Christi inter vos spirant amorē:
propter disputationem hanc Lipsicam: hastam abiiciant:
animūue despondeant. Nec est q̄ factiosi isti siue Pyghar-

di, siue Scismatici ob hoc falso sibi gaudio illudāt: cristāte
erigant. Quin magis erubescant: q̄ reclamante etiam ipso
rum patrono (ut falso iactant) nec dum ad cor redeunt:
sed marmoris instar rigent: haud secus, ac si dura silex aut
stet marpesia cautes. Atq̄ is quidem: cum disputatio ipsa
(vt ingenue fatear) contentionis q̄ edificationis plus prae
se tulerit: vnus ipsius fructus mihi visus est: q̄ ipse etiam
Martinus vir rara profecto eruditione & doctrina (in quē
tanq̄ in parietem omnes spes suas inclinauerant) tam ro-
tundo ore: tam constanti vultu: tam arguta deniq̄ ratio-
ne eos spe ista fefellerit: vt non solum publice confessus sit:
sed cum quodam etiam indignationis spiritu exprobrauerit
Boemorum contra Romanum p̄tificem corneam fla-
bram ac pertinaciam. Nihil scilicet tanti esse oportere asse-
rens: quod nos ab vnitāte Christi & ecclesie separare debe-
at. Sed nec ob hoc illi sibi placeant: q̄ idem Doctor Marti-
nus pio quodam (vt equidem crediderim) affectu mirari
se dixit: tot eorum esse qui Boemis superciliose insultent:
maleq̄ imprecentur: Neminem vero qui mitiori eos cala-
mo ab errore dehortetur: maxime, quum humanus ani-
mus blandiciis potius duci: q̄ minis aut terroribus cogi
velit. Complures enim tunc Ecchius Theologus extra ale-
am doctus, ad calculum vocauit: veluti Capistranum: Cui
sanum ac reliquos veteranos (vt de recentioribus: tuisq̄
ipsius contionibus saluberrimis hic taceam) qui non im-
portuno: sed dei spiritu: & lenitate Christiana: eos erran-
torum suorum admonuerunt: & in viam reducere conati
sunt. Et tamē nihilo secius promouerunt: q̄ si quis surdo
narret fabulam. Quare non est q̄ supercilium nostrorum
excusent. Quamuis quid vetet tam oportune q̄ importu-
ne: iuxta Apostolum: duræ ceruicis homines apperere:
omniaq̄ prius experiri, q̄ depleratos relinquere? Cum &

ij. Thimo.
iij.

malo nodo malus quærendus sit cuneus. Et ipse etiã Vlyſſes socios suos inuitos flentesq; a loto diuellens : ad nauem redegerit. Nec vicio detur medico : qui pro salute recuperanda : ferrum aut ignem etiam adhibeat. Magisq; ex re illis fuerit vnusquispiam q̄tumuis acriter obluçtans : q̄ mille alii in perniciem eorum muſſitãtes. Sicut melior est amicus obiurgans : q̄ inimicus tacens. Id quod sero intelligens Euangelicus ille Tantalus : quum apud inferos tandem : amentia siti labra refrigerare non posset ipse : id saltem rogabat : vt fratribus suis quispiam mitteretur : suggerens : ne in eum tormentorum locum & ipsi venirent. Sed q̄ infœlicem passus fuerit repulsam statim subit : cum illi dicitur. Habent Moysen & prophetas : illos audiãt. Simile q̄p̄ Lucę. xvi.
Lucę. ix.
Matthei. xi
Rubeat hic Rubeus.
Lucę. xvi.
Lucę. ix.
Matthei. xi
Rubeat hic Rubeus.
Q, si argutior quispiã vlteri⁹ urgeat, dissimulari nõ

posse, Lutherum a Boemicis stetit partibus, quum Io-
annis Huss articulos quosdam catholicos fuisse, maleque
damnatos palam asseruerit, Huic ego cum Beda responde-
rim, si Ioanni hoc etiam detur, proprium esse hereticis, vt
falsis vera immisceant. Nec tamen eorum que vera dixerit,
sed falsitatis & metis obstinatae poenas dare. Quod autem no-
minatim idem Martinus, cum dicto Ioanne, Summi Pon-
tificis principatum humanis rebus subiicere, & a deo non
esse, contendit, adhuc in herba, vel vt tritiori vtat adagio
adhuc sub iudice lis est, Et Martinus ipse (quoduis omnia sur-
sum ac deorsum verset, totamque ingenij aciem huc sit admo-
litus) non tanta tamen animi obstinatione deuouit, vt si ra-
tio ratione redarguat, cedere non velit. Nec Boemos quocumque
releuat, si etiam obtineat, quum vel sic obedire eos oportet.
Quoniam humano quoque iure, ad tollenda scismata,
necessariam esse Summi Pontificis Monarchiam, eidemque
passim ab omnibus parendum, constanter ille predicat.
Dedit item in resolutione sua recens aedita, voluntatem
hanc esse dei. Ego vero citra tamen cuiusuis iniuriam (id est
enim mihi Accij quod Titij) hanc etiam coronidem adij-
cio. Miseram fore Christianorum sortem, si & Iudeis &
gentibus sit inferior. Constat enim non solum Romanos,
sed barbaras etiam gentes, pontifices suos & flamines diis
retulisse acceptos. Quod si alicui vel Melesagore Nymphae,
vel Numae Aegeria, Minoisue antrum aut id genus catera
paruam fidem faciant, nihil moror. Dummodo negari
non possit Pontificatum Aaron ab ipso deo fuisse constitu-
tum. Additumque eodem deo autore ad gloriae & decoris sacerdo-
tis ornatum, ex purpura, dibapha, bisso, argento, gemmis & au-
ro. Sicque pontificium illud per manus traditum ad Cayphan
usque descendisse. Quod tui licet vita scelestus foret, quia tamen
successor erat Aaron & pontifex anni illius, prophetauit &
Christus eidem subesse ad mortem usque nostri causa non erubuit. Indi

cans nimirum ne nos etiã pudeat sui causa Pontifici licet
improbo esse subiectos. Quod & Petr⁹ manifeste præcipit Petri. ij.
Et ipse quoq; mandasse videtur: cum ait. Super cathedra Matthei.
Moysi sederunt scribæ & pharisei omnia ergo quecunq; dixe
rint vobis seruate & facite: secundum opera vero eorum
nolite facere. Quare facile mihi psuadeo: quum inferiori
veteris instrumenti molè penitus ocioso: ac tandem derelictè:
tante tantus honos fuerit habitus: superioris etiam: noui
scilicet testamèti: causam nihilo fore deteriore: sed sum
mũ ipsius pontificem vna cum successoribus suis legitimis
pari aut feliciori etiam modo: tam sacrorũ conciliorũ in
terpretatione: q̃ vel sola hac Christi voce: Pasce oues me: Ioannis.
as: a deo & iure diuino fuisse institutũ. Mores vero pontifi
cum pascendi semetipsos plus q̃ oues: piscandi auri plus q̃
hominũ: a diabolo esse subditicios: Pastoriciũq; plane
adulterinũ: ac peccatis nostris forte debitum. Humani aut
iuris esse electionem ipsam Pontificis maximi: a signo nõ
abstrahat: Siue quis successorem sibi ipse nuncupet: vt Pe
trus Clementem: siue vniuersus popul⁹ vt olim: siue tan
tum clærus: ex hisq; soli Cardinales: vt hodie: suffragia
conferant. Siue id Imperatoris etiam iussu fiat vel iniussu
Omnia enim ista: diuinę Comedię seruire sceng: & pro tẽ
pore variari: nihil refert. Neq; ideo ius diuinum (ad quod
tanq; ad sacram anchoram confugit) immutari necessum
est. Nec etiam potestati Petri: aut successorũ eius plus de
trahit: q̃ post vicesimũ annum vel citra Romã primũ ap
plicuit: q̃ felicitati Latrõis obfuit: q̃ post quadraginta de
mũ dies cum Christo in cœlum ascendit. Lento enim passu
humane res incedunt. Et vt neotericus ille ait Vergilius
Omne quod excellens opus: & sublime futurum
Difficiles ortus habet: incrementaq; tarda
Nec abludit Maro etiam ipse: si sic legatur
Tantæ molis erat Romanam condere sedem.

Hæc aut de præfato duorum disertissimorum theologorum confictu: quantum ad Boemos tuos spectat: iccirco paternitati tuæ significanda putavi: quatenus si aliena forte ab his, vasa iniquitatis, in vulgus istuc sparserint, ad decipiendos simplicium animos: Tu meis saltē verbis, falsa, vana, & ficta esse nō dubites. Eosq; qui adhuc in Christo tecū sunt fratres, in dño cōfirmes. De reliqua vero disputatiōis summa: qm̄ sūt, qui iam diuersis studijs & affectib⁹ rem in publicum emisierint: ipse lubens supersedeo. Tum q; nri non sit officij: tū q; varia in talib⁹ rebus iudicia, similitatē ac discordiā magis foueāt q̄ extinguant. Id quod inter Xenophontē & Platōnē, summos alioqui i om̄i philosophia viros, vsu venisse legimus. Duæ em̄ æminētia, quū simul iunctæ in altū nitunt: simul lachrū quoddā (vt Gellius ait) contētioni mutua pariūt. Sempq; fere vbi ingenia quædā magna, circa idem studiū, pari sunt fama aut proxia: apud diuersos fautores, diuersa oritur de eis sentētia. Sed vt ad Boemos tuos redeat epistola. Age obsecro vir dei, quādoquidē te deus illis domesticū dedit sanæ doctrinæ doctorem, ac nauiculæ suæ remigem. Age inq; atq; velis ac remis Archā hanc ex his Syrtib⁹ (nisi si sponte sua naufragiū amat) in stationē suam pristina: hoc est: in gremiū sanctæ matris ecclesiæ reducito. Id em̄ debes deo: debes patriæ: debes Christianæ nostræ reip. Nec maiorem alibi gratiā cū deo inire: aut vberiorē pro re quapiā mercedem ab eo sperare poteris. Q; si coruū aliqui, cadu ducorū bonorū istorum cadaueribus inescat, te sequi noluerint: vt qui Temesseum aliquñ geniū affuturū non cogitent. Redeāt saltem pacificæ ad te columbæ: viridē fidei rārum secū deferentes: quo crucis Christi stipiti denuo inserantur: fiatq; iuxta vocē ipsius, vnū iterum ouile, & vnus pastor: Vt destructa Babylone ædificētur muri Ierusalem. Cælum enim & terra trāsibunt: verbum autē domini manet inæternū. Vale & epistolā hanc ppetuæ meæ erha te obs

seruantiaē testem benigno vultu accipe: & foelix in Christo
triumpha. Ex lipsia Idibus Augusti Anno a natali Christi.
M. D. Vndeügesimo,

SAPHICVM EIVSDEM DE EADEM
DISPVATIONE.

Aphricæ non tot noua Nilus adfert
Monstra: quot nuper tulit vna scribas
Criticos, Momos (etiam imperitos)
Lipsica pugna.

Quis: malum: sacris cacodæmon istas
Rebus immittit furias? quis inter
Tanta diuinæ Sophiæ magistros
Prælia miscet?

Pacis est auctor monitorq; Christus:
Cur scholæ pugnat schola? cur vetustas
Pellitur totis adeo theatris
Bis veneranda?

Calculis non dum, fatuum, receptis
Iudicat vulgus: sapiens moratur
Et suum pensa dat vtrisque causa
Censor honorem.

Ite liuores, procul hinc faceffat
Pugna larualis: careantq; dente
Scripta: fraternum furor hic deiq;
Scindit amorem.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, written in a medieval script.

SAPINOMIHEVEDENDEEADEN


DEIVATITIO


Handwritten marginal notes on the left side of the page.

Main body of handwritten text in a medieval script, arranged in several lines.

bu
us,
en
on
ad
tra
cele
die
re
ve
&
ter
ers
tā
ter
ire
ō
cū
cas
ter
di
fa
die
as
cle
tis
ert
te

or
rs







Th
6116